

In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno nonodecimo sed et romano et christophoro eius filio magnis Imperatoribus anno sexto: die secunda mensis martii Indictione quintadecima neapoli Certum est me petrum umile presbiterum filium quidam marenaci a presenti die promitto vobis domino scauracio venerabili medico filio quidam domini gregorii et drosu seu maru germanas filias quidam basilii et maria filia quidam canpuli: relicta quidam gregorii hoc est exadelfis seu thias et nepotes: propter integra ecclesia vestra vocabulo beati Ianuarii (1) sacerdotis et martiris constituta intus hanc civitatem neapolis inter platea que appellatur trea fata et inter vicum qui vocatur duodecim putea regione porte sancti Ianuarii: una cum cellis et omnibus habitationibus eius seu domibus et cum omnibus rebus ipsius ecclesie vestre de intus et foris sive que modo habent vel si ibidem offertum fuerit a viris et mulieribus per quemvis modum mobilium et immobilium omnibusque eis pertinentibus. unde tibi memorato scauracio medico pertinet uncias sex et vobis memorata drosu et maru germanas seu maria thias et nepote similiter uncias sex. ubi domino volente me custodem constituistis cuntis diebus vite mee ea videlicet ratione ut a modo et cuntis diebus vite mee in memorata ecclesia vestra superhabitare et residere promitto et in eadem ecclesia vestra die noctuque officium sacerdotalem facere et exivere promitto hoc est vesperos et matutinos et missarum sollempnia et horis laudis et lumminariorum concinnatione exivere promitto et omnibus rebus et abitationibus eius de intus et foris domos et terras mobilium et immobilium sive

Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno diciannovesimo di impero del signore nostro Costantino grande imperatore ma anche nell'anno sesto di Romano e Cristoforo suo figlio, nel giorno secondo del mese di marzo, quindicesima indizione, **neapoli**. Certo è che io Pietro, umile presbitero, figlio invero di **marenaci**, dal giorno presente prometto a voi domino Scauracio, venerabile medico, figlio invero di domino Gregorio, e a **drosu** e **maru**, sorelle, figlie invero di Basilio, e a Maria, figlia invero di Campulo e vedova di Gregorio, cioè nipoti per parte paterna ovvero zia e nipoti, per l'integra vostra chiesa detta del beato Gennaro sacerdote e martire, costituita in questa città di **neapolis** tra la strada chiamata **treafa** ed il vicolo chiamato **duodecim putea** nella regione di porta san Gennaro, con le celle e tutte le sue abitazioni ovvero case e con tutte le cose della stessa chiesa vostra, interne ed esterne, ovvero quelle che ora vi sono o se ivi saranno offerte da uomini e donne per qualsiasi motivo, mobili e immobili, e con tutte le cose ad esse pertinenti, di cui a te anzidetto Scauracio medico appartengono sei once e a voi anzidette **drosu** e **maru**, sorelle, e Maria ovvero zia e nipote, similmente sei once, dove con il volere di Dio mi poneste come custode per tutti i giorni della mia vita, cioè alla condizione che da ora e per tutti i giorni della mia vita prometto di abitare e risiedere nella predetta chiesa vostra e nella stessa chiesa vostra giorno e notte di esercitare e rappresentare l'ufficio sacerdotale, vale a dire prometto di eseguire i vesperi ed i mattutini e le messe solenni e le ore di lode e la preparazione dei ceri accesi, e per tutte le sue cose ed abitazioni, interne ed esterne, case e terre, mobili e immobili, sia che vi sono adesso

nunc habent vel si ibi offertum fuerint in mea sit potestate tenendi et dominandi seu laborandi fruendi et omnia super me commedendi: et quodcumque atconciandum abuerit in memorata ecclesia vestra et in omnibus habitationibus eius sive in tectoria sive at fravricandum a modo et usque in prefinitos quatuor annos ego illud facere et conciare seu favrire promitto at omnem meum expensum nulla dantes occasione excepto parietem qui est inter curticella memoratae ecclesie vestre et inter predictum vicum qui vocatur duodecim putea nullo modo vos me in eum ad fravricandum provocare debeatis. et non habeatis licentiam omnibus diebus vite mee vos aut heredes vestris de memorata ecclesia vestra me iactare vel qualibet sacerdotem aut clericum super me ibidem ponere nec de omnibus rebus ipsius ecclesie vestre sive que modo habent vel habuerint per quemvis modum de intus et foris mobilium et immobilium et immobilium qualiter superius dixi omnibus diebus vite mee mihi exinde aliquod tollere per nullum modum: et nec ego numquam presummo omnibus diebus vite mee de memorata ecclesia vestra exire aut alia ecclesia at habitandum atpreendere: preter si me monachum facere voluero statim licentiam et potestatem habeam vobis abrenunciare memorata ecclesia vestra: post vero meum transitum memorata ecclesia vestra cum omnibus rebus et habitationibus eius sive que modo habet vel habuerit mobilium et immobilium revertantur vobis vestrisque heredibus; et omnia quodcumque modo habeo vel habiturus fuero de intus et foris mobilium et immobilium sive hominibus dividamus inter nobis at meum transitum vel si me monachum fecero in quarta parte una parte habeat memorata ecclesia vestra et tres partes exinde in mea sit potestatem pro anima mea dandi vel qualiter facere

sia se saranno ivi offerte, sia in mia potestà di tenere e dominare ovvero di lavorare e goderne i frutti e di tutte le cose consumare per me, e qualsiasi cosa debba essere riparata nella predetta chiesa vostra ed in tutte le sue abitazioni sia nei tetti sia da costruire, da ora e per predeterminati quattro anni io prometto di fare e riparare tutto a mia spesa senza mancare alcuna occasione, eccetto per la parete che è tra il cortiletto della suddetta chiesa vostra e il predetto vicolo chiamato **duodecim putea** in nessun modo voi dovete costringermi a edificare in quello. E non abbiate licenza per tutti i giorni della mia vita voi o i vostri eredi di cacciarmi via dalla predetta vostra chiesa o di porre ivi qualsiasi sacerdote o chierico né di tutte le cose della stessa chiesa vostra, sia che vi sono adesso sia che vi saranno per qualsiasi modo, interne ed esterne, mobili ed immobili, come sopra dissi, per tutti i giorni della mia vita togliermi in nessun modo, né io osi per tutti i giorni della mia vita allontanarmi dalla predetta chiesa vostra o andare ad abitare in un'altra chiesa, salvo che se volessi farmi monaco immediatamente abbia io la licenza e la potestà di rinunciare alla predetta vostra chiesa. Dopo il mio trapasso la predetta vostra chiesa con tutte le sue cose e le sue abitazioni, sia con quello che adesso ha sia con quello che avrà di mobili ed immobili, ritorni a voi ed ai vostri eredi e tutte le cose che ha o avrà, interne ed esterne, di mobili e di immobili oppure di uomini, dividiamo tra noi alla mia dipartita o se mi farò monaco di quattro parti una parte la abbia la predetta chiesa vostra e tre parti poi siano in mio potere di dare per la mia anima o di farne quel che vorrò. Se poi osassi contrastare questo atto di promessa come sopra si legge o se per niente adempissi tutte le cose anzidette per tutti i giorni della mia vita, allora pago a voi come ammenda una libbra aurea di Bisanzio e questa promessa, come sopra si legge, rimanga ferma, scritta

<p>voluero; si autem et contra hanc chartula promissionis ut super legitur venire presumsero aut si minime adimplevero vobis omnia memorata cunctis diebus vite mee tunc conpono vobis auri libra una bytiantea; et hec promissio ut super legitur sit firma scriptam per manum Iohanni curialiis et scriniarii per indictione memorata quindecim ✕ et hoc recordati sumus ut nec ego nec vos nec vestris heredes non abeat licentiam intus memorata ecclesia vestra qualibet horgania aut lectum (2) ponere per nullum modum.</p> <p>✕ Petrus presbiter subscripsi ✕ similiter manus.</p> <p>✕ Ego Iohannes filius domini sergii tribuni rogatus a suprascripto petro presbitero testi subscripsi ✕ alias manus.</p> <p>✕ Ego canpulus filius domini Iohannis similiter alias manus.</p> <p>✕ Ego leo filius domini marini alias manus</p> <p>✕ Ego Iohannes curialis et scriniarius qui memoratos post subscriptionem testium complevi et absolvi per memorata quintadecima indictione.</p>	<p>per mano di Giovanni curiale e scriniario per l'indizione anzidetta quindicesima. ✕ E ciò ricordiamo che né io né voi né i vostri eredi abbiamo il permesso di porre per qualunque motivo nella predetta vostra chiesa qualsiasi organo o feretro.</p> <p>✕ Io Pietro presbitero sottoscrissi. ✕ stessa mano.</p> <p>✕ Io Giovanni, figlio di domino Sergio tribuno, pregato dal soprascritto Pietro presbitero, come teste sottoscrissi. ✕ altra mano.</p> <p>✕ Io Campulo, figlio di domino Giovanni la stessa altra mano.</p> <p>✕ Io Leone, figlio di domino Marino altra mano.</p> <p>✕ Io anzidetto Giovanni, curiale e scriniario, dopo la sottoscrizione dei testi completai e perfezionai per la suddetta quindicesima indizione.</p>
--	--

Note:

(1) Quam ecclesiam praesens membrana conditam fuisse docet *inter plateam que appellatur trea fata, et inter vicum qui vocatur duodecim putea*, eam ex alia anni 1002 membrana patet extitisse *inter duos vicoras, unum qui vocatur Iudeorum, alium qui vocatur tria fata, qui et carrerio dicitur, regione porte S. Ianuarii*. Hinc eruitur duarum neapolitanae urbis viarum, quae *duodecim putea* et *tria fata* olim vocitabantur, posthac priorem *Iudeorum*, alteram *Carrerium* fuisse nuncupatas. Praedicta vero ecclesia in alio anni 1094 instrumento primum occurrit nuncupata *Spolia morti*.

(2) Vox *organum* denotando cuilibet musico instrumento olim mancipata, deinceps grande illud, quod follibus inflatur, praecipue significavit. Tum hoc tum caeteris instrumentis, quorum sonitus religionis gravitati ac modestiae nullo quidem pacto officeret, Christianorum ecclesiae ab antiquiori aevo uti coeperunt, quod eminentissimus Baronius testatur (*Ad ann. 60 art. 36, et 37*). Verum ob severiorem disciplinam aut alias iustas causas, *organa* quidem non universas apud ecclesias usurpata sunt. Exulant enim ipsa a Summorum Pontificum Sacratio, a Lugdunensi sub S. Ioannis titulo ecclesia, quae, ut ipse Baronius ait, *novitates nescit*, et ab omnibus Moschorum delubris, qui praeceptionibus evangelicis *organa* repugnare existimant. Quorundam praeterea coenobiorum ecclesiae ab organis item abhorrere solitae fuerunt, eo quod horum sono mentes a rerum coelestium contemplatione avocari potuissent.

Haec fortasse animo reputans lector in perlegendo postremam praesentis membranae clausulam arbitrabitur contrahentes cavisse, ne *horgania*, idest *organa* in ecclesiam, qua de agitur, importarentur. Cum tamen $\alpha\mu\epsilon\sigma\omega\varsigma$ addatur *aut lectum*, et in altera ex insequentibus membranis vox eadem *horgania* luculentius denotare videatur quamlibet supellectilem, nos idcirco credimus a contrahentibus cautum fuisse ne qua profana supellex *aut lectum* in ecclesiam inferrentur.